

tatem Dei consequentem restrictus est, re expedita de voluntate antecedente, DEum secundum hanc omnium intendere salutem, etiam Induratorum in sensu specificativo scil. Dictorum? vel ut ego loqui soleo, intendisse, qui debeant converti suo verbo, jam vero eodem verbo magis excæcantur, idque per accidens, propter suam propriam contumacem, resistenciam D. Sigwart. contra *Irenicum Parei* p. m. 359. Præcisa voluntate Consequente, illi non contraria, tamen distinctæ etiam ratione temporis, quo altera præ altera prædominatur. Commisit igitur Niehenckius turpissimam ignorantiam Elenchi, & sunt ipsius oblatrationes vana, uti & id est vanissimum, quod defalsa in suo cerebello nata hypothese nugatur: *Non dari homines in convertibiles* p. 16. sicuti infra percipiemus, & exemplum alicujus matricida, (quod non adeo alienum erit a notitia Niehenckiorum, ut Acta publica Luneburgi edocebunt) id confirmare potest. Succedit D. Rechenbergio *M. Besseritz*, qui hanc thesin: *DEum induratissimis etiam per prædicationem verbi divini sufficientes offerre vires, quo adhuc ante finem vite in gratiam possint redire, rejicit.* Contra hunc ita argumentari vult Nieh. quicunq; thesin: *DEus induratissimis per prædicationem verbi divini sufficientes offert vires, quo adhuc ante finem vite in gratiam redire queant, rejicit, ille Calvinizat:*

Atqui Dn. M. Besseritz,
Ergo.

R. [1. κατ' ἀνδροπον: *Dorscheus, Meisnerus, Hutterus, Ursinus,* quos bona fide Dn. Besseritz allegavit in *Spermalogia Nieben:* P. 31, 32. hanc ipsam thesin rejecerunt. Ergo Calvinizaverunt?

R. [2. κατ' ἀλήθειαν: Quicunq; thesin: *DEum induratissimis nunquam vires sufficientes obtulisse, quo in gratiam redire potuissent, rejecerunt, illi calvinizant.* Sic minor non est nostra: Ergo non calvinizamus, ut Sycophanta garrit. Agmen Calvinizantium in Artic. de *verbi efficacia* tandem me claudere nugatur Niehenckius, causa est, quod ad D. Stolzii exceptionem ita responderim: *Das ist/was das erste seiner Rede betrifft/wahr &c.* p. 16. Hinc ita contra me arguere vult:

Quicunq; statuit, auditum externum verbi divini saltem esse induratorum, sine sua conversionis efficacia, ille est calvinizans.

Atqui Pape &c,

Ergo.